



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Cultu Sacrosancti Cordis Dei Ac Domini Nostri Jesu Christi

Galliffet, Joseph de

Romae, M.DCCXXVI.

Breve Pontificium Ecclesiis Monasteriorum Visitationis B. V. M. concessum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45817](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45817)

## CLEMENTIS XI.

Breve Indulgentiarum pro feria sexta (festo CORDIS JESU consecrata) omnibus Ecclesiis Monasteriorum Ordinis Visitationis Beatæ Mariæ concessum.

*Quanquam in hoc Brevi nulla fiat peculiaris mentio de cultu sacrosancti Cordis Jesu, scitur tamen, eo tantum sine postulatum fuisse, ut festum divinissimi Cordis in hanc feriam sextam incidens, in Ecclesiis dictarum sanctimonialium, cum majori splendore celebrari posset: uti revera in omnibus fere Provinciis celebratum est.*

**U**Niversis Christi fidelibus præsentis litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Ad augendam fidelium religionem, & animarum salutem, cœlestibus Ecclesiæ thesauris, pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus vere pœnitentibus & confessis ac sacra Communionem refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Monasteriorum Monialium Ordinis Visitationis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ a sancto Francisco Salesio instituti ubique existentibus, feria sexta post octavam sanctissimi Corporis Christi, a primis Vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi, singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus ad septennium tantum valituris.

T t

Vo-

Volumus autem quod si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium, aliquid vel minimum detur aut sponte oblatum recipiatur præsentibus nullæ sint. Utque præsentium transfumtis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die xx. Septembris. M. DCCXIX. Pontificatus nostri anno decimo nono.

*Gratis pro Deo & scriptura.*

F. Card. OLIVERIUS.

### O F F I C I U M

*Adorandi Cordis Jesu dup. 2. class. ex Breviario Benedictino Parisiis editum apud Petr. Debats via Jacobæa.*

*Ad Vesp. Ant. Jesus ingrediens mundum dicit. In capite libri, &c. Capit. 3. Reg. 6. 9. Sanctificavi mihi domum hanc &c. Hymn. Jesu paterni pectoris, &c.*

### O F F I C I U M

*Pro festo sanctissimi Cordis B. Mariæ V. die 8. Feb. dup. 2. class. ex eodem Breviario Benedict.*

*Ad Vesp. Ant. O admirabile & omni laude dignissimum Cor Mariæ, &c. Capit. cant. 8. Pone me ut signaculum, &c. Hymn. Jesu Mariæ gloria, &c.*

LI